



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

leiunij bona sunt quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

boni & mali. Secundo per legem Moy-
 sis. Leuit. 16. Sabbatum enim requie-
 rationis, & afflictionis est. Tertio per
 prophetas, idest per Moysen, Eliam,
 Danielelem, Ihoelem & huiusmodi.
 Sactificate ieiunium, uocate cœtum,
 &c. Quarto per Apostolos. Cor. 11.
 In fame & siti, &c. Secundum per
 eius exemplum, sicut, quando ieu-
 nauit quadraginta diebus, & quadra-
 ginta noctibus. Tertium est, quia dia-
 bolo displicet. Matt. Hoc genus dæ-
 moniorum non eiicitur nisi in oratio-
 ne & ieiunio. ieiunium enim cogit
 diabolum exire ab homine, sicut fa-
 mes cogit lupum exire de nemore,
 quia ponit illum in sicco, ubi requiem
 non inuenit. Matth. Cum immundus
 spiritus exierit ab homine, ambulat
 per loca arida quærens requiem &
 non inuenit. Quartum est, quia ho-
 mini multum prodest. sed uide in se-
 quenti capitulo.

Le u.

iohel. 2

2, Co. ii

Matt. 4

Ma. 14.

Ieiunij bona sunt quatuor.

Primum est, quia ieiunium rectè
 factum misericordiam Dei im-
 petrat. Ionæ. 3. Facto ieiunio mi-
 fertus dominus in inuitis. Ber. Bonum
 ergo & salutare ieiunium, quo remit-

Ionæ. 3.
 Bern.



tuntur peccata, & æterna supplicia redimuntur; & non solum delet peccata præterita quæ commisimus, sed repellit futura, quæ committere poterimus. Secundum est, quia ad intelligentiam & sapientiam ualet. Dan. 1. Tollebat Manasar cibaria, & porus puerorum, & dabat eis legumina; pueris autem his dedit Deus scientiam & disciplinam in omni libro, & sapientiam; Danieli autem intelligentiam omnium uisionū, & somniorum, &c. Tertium est, quia sæpe consolatorium, & Angelorum & Dei meretur. Bernar. Bernar. Non est magnum si ieiunium cum Christo, qui seorsus est ad mesam patris cum eo. Luc. 6. Beati quia nunc esuritis, quoniam saturabimini. Quartum est, quia corpori prodest, hoc triplici modo. Primo refrenando, secundo sanando, tertio fortificando. de primo dicebat Paulus. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. De secundo dicebat D. Hieronymus. Egrotanti tibi non aliter sanitas redditur, nisi tenui cibo, potuq; castigato quæ dieta dicitur. De tercio dicebat Paulus, Cum infirmior, uidelicet per ieiunium & abstinentiam, tunc fortior sum. Infirmitas namq; & debilitas corporis reddebat eum fortem & promptum ad dei obsequia. Ad huc

dicta e
porali
aduersi
sunt in
tae ui
sancto
ius nū
nium q
poralia
pore si
firmita
brium,
iusmod
glorific
possi
lias po
I
P
e
poris,
Quid p
tia, cur
Et Isye
praua
bus est
est. Se
Sint p
perstit

dicta etiam additur, q̄p̄ ieiunium temporaliter liberat, sicut à periculis, & aduersitatibus huius seculi. Exempla sunt in multis, qui ob reuerentiã Beatæ uirginis uel quorundam aliorum sanctorum ieiunantes, a plurimis huius mûdi periculis liberati fuere. ieiunium quoq; téporaliter impetrat temporalia sicut beneficia, ut pluuiã tépore siccitatis, sanitatē tempore infirmitatis, serenitatē tempore imbrium, pacē tempore bellorum, & huiusmodi ieiuniũ demum spiritualiter glorificat. nam per illud ad cælestem possessionem introducimur. Sicut Helias post ieiunium in cælũ raptus est. 3. Re. 2.

Ieiunij species sunt tres.

Prima est ieiunare à peccato. Unde Hieronymus. Tunc præclara est apud deum abstinentia corporis, cum animus ieiunat à uitijs. Quid prodest tenuari corpus abstinentia, cum animus intumescat superbia? Et Isidorus. Qui à cibis abstinent, & praua agunt, demones imitantur, quibus esca non est, & nequitia semper est. Secunda est, à cibo. Hieronymus. Sint pura, casta, simplicia, & non superstitiosa ieiunia uestra, pura, ut sint.

